

E Leuitici La.

Moraliter. Hec sunt pcepta t. **Ca. XXVII**
Duplex autem votum h. tangit. Annus de personis aliud de rebus possessis: et inter res istas computantur servi et ancille: quae sunt quodammodo res domini sui: licet sint rationales creature. Quantum ad prius votum sit distinctio plonarum sive servorum et sive ancillarum: quod videlicet est redemptio viri per votum deo obligatus est minor: et sic maior est redemptio viri in etate fortiori. **I.a. xx. an.** non et supra vices ad seraginta annos. annus et post seraginta. Tergitque etates servorum et fortitudines mystice designantur diversi status in quibus homines ad plura vel pauciora deo sunt obligati. nam laici obligantur ad obsequium pceptorum. clerici vero in sacris ordinibus constituti cum hoc obligantur ad obsequium castitatis. personae vero religiosi cum obligantur ad vivendum in obedientia et sine proprio. Inter religiosos autem aliquis plus alii sunt obligati. Prelati vero ad ponendum

XXVII E Moraliter

dum aliam suam per subditis quod est maximum obligatur. Secundum igitur quod in diuersis statibus plone deo in maioribus sunt obligati secundum h. per votum suis dant deo maius precium si huius obsequium suum statutum ceteris paribus. scilicet equali charitate operantur et huiusmodi: et huiusmodi expectant a deo maius premium. Tercius autem quod deo per votum obligantur sunt fidei ancille domini et agri ut prout in textu: et quanto sunt maioris valoris tanto maior est voti redemptio in illis duxerat quod poterant redimiri. Nam alia imolatoria deo redimi non poterant sed optebat ea immolarsi. Per redemptiones igitur istas mystice significatur quod illi qui de rebus possessis plus expendunt in obsequiis diuinis maius premium expectant a deo. ceteris tamen paribus scilicet facultate charitatis et huiusmodi que ad meritum operantur. nam pauperes viduae que duo minuta misit in gachophylatum plus obtulit deo quam diuites qui magna miserant munera summi testimonium salvatoris. **Mar. xij. et Lu. xxj.** **Explicit Leuiticus.**

Prefatio in librum Numeri

Liber iste et ordine historie: et mysterio quanto loco ponitur in lege. Ordine historie: quia in leuitico quanto tertius est agit de utensilibus tabernaculi: et de ordine leuitarum et sacrificiis. Hic autem de dedicacione tabernaculi agit quanto de leuitis: quod de utensilibus tabernaculi portare debeant. Mysterio hunc ostendit. Ex cubitu circa tabernaculum depositum ut diciatur ternis tribubus in singulis quartis. per quod signantur. xij. aperte per quadripartitum orbem fidem sancte trinitatis docuisse. Sed etiam inter figuram quadraturam nibil firmius est quod eternari quod opus pfectio commendat. Quarto de facta sunt luminaria. quarta etas sub dudentur robustissima. quarta etiam etas hois fortissima: quatuor autem recepti sunt quod sequuntur euangelia. Inter dona spiritus sancti fortitudo: et inter penitentiales psalmos: Miserere mei deus quoniam est: et de humilitate (per quam sunt fortis) agitur. Inter nos dñi quoniam est fortis: procedunt admirabiliter consiliani deus. Sequitur pro futuri seculi: pnceps pacis et filia. In hunc quod habet eorum quod numerantur fortitudo ostenditur: dum quod erat et virtute bello sunt apti numerari inventur. Liber numeri quod in eum numerans israeliter inde: tunc quod mansiones a ramis vices ad iordanem. Sed quod in figura ova contingebant illis: et lex erat unius et futurorum patrum legenda est historia: ut non amittat allegoria. Numerati sunt israelites soli: non per scientiam et alienigenae qui erant inter illos: non in oculis: quod nec pueri nec feminae: sed tamen viri qui apti bello erant. Etiam alieni a deo gentilius spuria: vel crudelitate iudaica: vel etiam christiani puerile levitatem: vel molliciem femininam habentes inter filios dei non numerantur. Non sunt numerati in egypto: sed per hunc transierunt mare rubrum: post columnam ignis: in maliione iuxta monte sinai: quod manentes in tenebris peccato non sunt dei: sed mundati baptismis et armati manus impositione. Mansiones merito. xl. computantur a prima quod fuit in ramis vicos ad iordanem: ut per hunc signetur nos per tot gradus virtutum ascendere in celum: quot generationibus reges ab abraam descendit ad maria. Interventio moysi in hunc opere est christianum populum: et eius pfectus: et ascensus a terra in celum: per israhel et per christum. mansiones designare. Per israhel enim christi populus: per progressionem mansio pfectus virtutum significatur. Ordo libri talis est: primo duces populi et populu circa tabernaculum numeratos per quodque collocat. Leuitas a numero exceptos ad ministerium tabernaculi destinata. deinde tabernaculum dedicat: et modo oblationum: et catalogus mansionum computatur. Deinde prophetia balala a rege balaach ad maledicendum populum dei inducit. In fine sex ciuitates ordinantur: tres ultra tres citra iordanem: ad quod fugeret quod non lens sanguinem proximi effunderet. Leuite inter tabernaculum et ceteros filios israhel excubantes: diuisi per amramites ab oriente et caathitas ab australi: et gersonites ab occidente: meritanas ab aquiloni: significant platos ecclesie sunt mediis inter ministros tabernaculi: quibus in tempore pudent: et inter laicos: quibus in tempore pudent. Amramite. scilicet moyses et aaron et horus filii inspiciunt et incolunt tabernaculi secretiora: et introducentes caathitas dant eis propria humeris portanda incolunt: ut vindentes non moriantur. Non sunt enim prophetata ecclesie mysteria nisi summatibus viris. scilicet moysi et aaron: quod infirmi inde scandalizantur. Tunc et liber euangelij presbytero et diacono portant aptus. aliis vero clausus. Gersonite autem et merarite qui sunt indigniores et arbitrii: non propriis humeris: sed bobus et plastris sua portant onera: Quia quod vult venire post me: me sequar. quod per mortem. Et quantum magis quod vult tanto maior pfectio. **Bidicet filius israel,**

israel: et dicetis tibi. Ab hunc loco sumpta est benedictio quam faciunt. Duo digiti quo eleuantur iuncti legem significant et sacerdotum quod per moysen et aaron intelliguntur. Tres versus quo sequuntur continent illa triplex petitione quod fit in verbis episcopi. Petrus gratia supplicant: vera salus: pax eterna. Deinde sequitur distinctio plonarum: semper his verbis: **Ad ipse permanere dignetur: quod cum prece et spissitate viuit tibi.** In tabernaculo dedicatione oblata sunt munera a pomeritis in usum eiusdem: et sustentatione leuitarum: quod hodie fit cum dedicatur ecclesia aliqua. Sicut et latice consuetudine mulierum cum desponsat viro multa dona offeruntur. Et dominus filius israel in egypto in die quod educeret: cocessit argentea vas. Et post mare rubrum non duxit eos statim recta via contra hostes: ne territi retro abiarent: sed per circuitum: deinde percepit ne temporis re. p. Cante oia. puita. Introcurunt enim in ecclesia primo de corde eius ostendendus est: ut appetat: non miseria: ut timeat. **Sicut et merarite.** **Orige.** Divinis numeris non oculi digni sunt: sed certis pectoribus designati. Unde in hoc libro nec mulieres edificant ad numerum: per feminas scilicet infirmitate: nec serui tamquam vita mortibus degeneres: nec egypti israelites admixti: ut alienigenae et barbari. Soli israelites numerantur: et non omnes: sed a. xx. annis et supera. Nec tamen etatis habeat observationem: sed et bellum roboris. Designatur enim per verbum dei et numerus omnis qui procedit in virtute israel. **Dicitur.** Et numerus etatis non numeratur: nisi per genitum: aut de sacerdotali vel leuitica stirpe. Feminae vero nulla numeratur. Possunt hec vacua esse mysteria. Procurredit hoc solu spiritus sanctus qui hec dictauit: ut sciendum qui numerati sunt: et qui non. Quis dabit ex hoc pfectus his qui sacris voluminibus gesti sunt erudi. Sed quod est in Pauli lex spiritualis est: si transcederemus per etatis etatis insipiens: vir factus deposito que sunt parvuli: et factus fuerit iuuenies qui vincat malignum: aptus videtur his qui procedunt in virtute israel: et diuinis numeris digni. **Cui autem inest puerilis et lubricus sensus: vel feminina et resoluta segnities vel egypti vel barbari mores: apud deum in sancto numero non habet.** Innumerari autem apud salomonem **Eccles. 1. b** dicuntur esse qui pereunt. Numerati autem omnes qui salvandi sunt. Et de stellis dicitur: **Qui numerat multitudinem stellarum tu es.** Et dominus etiam capillos capitum discipulorum **Mat. 10. b** dicit esse numeratos: non qui tendentur: vel proiecuntur: vel etate pereunt: sed qui in nazareis erant quibus inerat virtus spiritus sancti ad prosterrandos alienigenas. Virtutes ergo **Judic. 15. c** animi et multitudinem sensuum de mente tandem de capite apostolorum prodentes: capillos capitum appellavit. **Idem.** Illis quoque consideremus quod non statim ut egressus est de egypto populus numeratur: adhuc enim persequebatur pharao. Sed nec cum mare rubrum transient venit in desertum. Nondum enim tempus: nondum ab hoste fuerat impugnatus: confitetur contra amalech: et vincit. Nec numeratur adhuc: non enim sufficit ad perfectionem tendenti una Victoria: nec accepto manu ne cibo: et aqua de sequenti petra pectu. nondum est ea quod numeris sunt apta adoleuerant. Tabernaculum testimonium construitur: nec adhuc numerandi tempus: lex per moysen datur: mos sacrificiorum traditur: purificationum ritus doceatur: sanctificationum leges et sacramenta conduntur: et tunc ad numerum iussu dei populus adducitur. Vide ergo quantum tibi transcunda: quanto toleranda: quot prouectibus: quod temptationibus: quot prelijs: scilicet pugnandum: quot vindicandum: ut pertineat ad diuinum numerum: et inter seculis tribus numeris: et possit visitari: et per dei sacerdotes aaron et moysen

Prefatio in librum Numeri

Set moysen numeroꝝ censibus ascribi. Suscipienda est tibi primo lex dei: lex sp̄us eius: offerenda sacrificia: explende purifications: peragēda oia q̄ lex sp̄us docet. **O**rig. Ratio q̄ tribūnū: distinctio ordinū: societas familiaꝝ: et cuncta ordinatio caſtroꝝ: ingentiū sacramentoꝝ prodūt indicia. Certa enī expectatio nobis est resurrectionis mortuorū: cum hi qui vivunt qui reliqui sunt: in aduentu christi non preuenient eos qui dormierunt: sed simul rapientur cum illis in nubibus ob viam christi in aera: terreni sc̄z huius loci corruptelā: et mortis habitacula deserentes: sive omnes in aere (sicut paulus pronunciat) permaneunt: sive etiam ad paradisum vel ad alia ex multis mansionib⁹ loca que apud patrem sunt transferendi. **D**iversitas autē translationis et glorie prestabatur fī merita cuiusq; auctoritate: Quisq; autē in suo ordine. In resurrectione autē vniuersitatis autē in tribu ruben spiritualibus indiciis ascribitur: quia sc̄z aliquid in actibus: vel in morib⁹ simile et cōfanguineum habuit. Alius in tribu simeon: fortassis pro obedientia. Alius in tribu leui: credo qui prefuit bene sacerdoto vel qui bene ministrans: gradum sublīmū bonum acquisuit. Alius in tribu iuda: qui s. regios spiritus gessit: et populum qui intra se est bene exit. sensum s. mentis: et cogitationes cordis. Singulis quoq; tribub⁹ vniuersitatis sociabitur pro his que in actibus vel in morib⁹ ipsi cognata habuit. Et erunt huiusmodi ordines in resurrectione mortuorum qui in hoc libro figurantur. Illud quoq; q̄ quadam connexione tribu um castroꝝ positioꝝ: et metationis ordo describitur: significat aliquem statum in resurrectione mortuorum. **T**res ad orientem collocantur: tres ad occidentem: tres ad meridi: tres vltimae ad aquilonem: q̄ durus dicitur ventus: q̄ etiam tribus iuda q̄ regalis est ad orientem statutus: ex qua dīs ortus est: non punto octos: et q̄ isachar hinc iungitur: et cabulon: et q̄ in quat tuor partes trinū iste numerus ordinatur. Que q̄bus positi onum suarum diuersas habeant qualitates: omnes tamen extra trinitatis numerum continentur: et q̄ per totas has quat tuor partes in unum numerum colliguntur eadem trinitas sp̄: quia scilicet sub uno nomine patris: et filii: et spiritus sancti cōsentient omnes qui ex quattuor partibus orbis venientes invocant nomen domini: recubentes cum abraam: isaac: et iacob in regno dei. **D**e generaliter diximus volentes huius libri continentiam mysticam breuiter comprehendere: vt suscep ta occasione vniuersitatis in reliquo similem: aut si cui p̄dē us reuelat: superiorē sequatur imaginem. Ego em̄ vere me imparem iudico ad enarrāda mysteria libri numeroꝝ: multo autē inferiore ad illa que concludit Deuteronomij volumē.

Baba. Numerorum librum multiplici mysteriorum obscuritate innolutum partes ostendunt. Ibi enim numerus filiorū israel mystice describitur: et singularum tribuum castra circa tabernaculum testimonij ad formam ecclesie locantur: ibi leuitarum in ministeriū distributioꝝ: et oblatioꝝ p̄ncipium fī conuenientiam sacramentoꝝ. Tandem omnium mansionum ab egypto usq; ad terram p̄missionis catalogus numeratur: vt monstretur qualiter de egypto spirituali egressiꝝ p̄ mare rubrum et heremum pātis seculi p̄pereimus ad p̄missionem patriā in celis. Baba. **J**uxta finem Exodi scriptum est: **I**gitur mē se primo anni secundi: in p̄ma die mensis collocatus est tabernaculum tē: et nunc in capite numeroꝝ. Locutusq; est dominus ad moysen in deserto sinai in tabernaculo federis: p̄ma die mensis secundi: anno altero tē. **U**bi notandum q̄. p̄. mā sione. l. in solitudine sinai ubi moyses ascendit: et dīs descendit in montem: vt daret legem: ibi fabricatur tabernaculum: ibi precipit diversitas hostiarum: et vasorum: indumenta p̄tificis leuitarum ceremonie: numerus populoꝝ et leuitarum: et oblationes p̄ncipium. **E**odem quoq; anno licet non eodem mense quo erectum est tabernaculum: numerus filiorum israel de scriptus est. Annus vero vel mensis secundus tempus nouit testa. significat: quod post christi aduentum: passionem et resurrectionē usq; ad finē mundi pertinet. Post baptismū est in q̄ de spirituali egypto: submerso ꝑ pharaone egredimur: et nouitate vite ambulamus et ad terrā p̄missionis tendentes: in deserto sinai. l. in confictu tēptationis carnis incentiu superare nitimur. **S**inai em̄ interpretat rubus: quo significatur ecclesia: in qua apli p̄dicant: et spiritualē prelī gerif. ibi loquitur dominus ad moysen: q̄ legem dat ad instructionē credentium. **I**spūlūm israelitāꝝ. **I**ndo. Liber numeri appellat q̄ multitudinis israelitice p̄fectoꝝ viroꝝ cōputationem tenet et numerum: p̄fectiones q̄ mansioꝝ a finibus egypti usq; ad mortem moysi. In quo dies dedicationis tabernaculi: et oblationū modus: nō sine numeri sacramento numeratus ē.

Catalogus

Catalogus autē mansionū filiorū israel: q̄ a prima usq; ad ultimā numerate simul. xlj. **D**e quibus mattheus: ab abrahā usq; ad dauid generationes. xiiij. et a dauid usq; ad transmigrationē babylonis generationes. xiiij. et a transmigrationē hebrei qui de terra festinat transire ad celū: et egypto huius seculi derelicta: terra p̄missionis ingreditur. **A**ccurum si illo numeri sacramento peruenit ad celū quo xp̄s a p̄mo patriarcha venit ad virginē q̄ ad iordanē: q̄ plēo gurgite fluens sp̄issanci grā redundauit. **I**ndo. Prima mansio est congregatus exīt in desertū egypti. l. altera die p̄p̄ pascha in conspectu egyptiōꝝ. **Q**uam quidam cōmotione vel toni triū interpretantur: q̄ cōmoti sumus ad euangelicā tubā: et excitati tonitruī gaudio eximus in mense primo: preterita hyeme: veris exordio cū oia renouant: eximus. xv. die mēsis p̄mi in crastino pasche: pleno mensis lumine: post eum agni imaculati: calcati pedes de aploꝝ: et accicti lumbos de pudicitia: et baculos in manibus tenetes. **I**ndo. Secunda mansio est socoth: in q̄ coquunt panes acymos: et primi tendunt tabernacula: vñ: et locus nomen accepit: q̄ socoth interpretat tabernacula: vel tentoria. **C**ū h̄ exierimus de egypto. l. de seculo p̄mū tabernacula signum: sciētē nobis ad interiora vel vltiora pergendū: et ad scēmā terrā viuentū accelerandum. **I**ndo. Tertia mansio est ethan: que est in extremo solitudinis: in qua primum videtur dīs precedere populum in colūna ignis. **E**than sana fortitudo vt p̄fessio. **P**reparamus nobis h̄ fortitudinem: assumentes nobis p̄fatum robur: vt inter errorē tenebras et cōfusionē noctes scie xp̄i lumen appareat. **D**ies q̄ noster nubē habeat: p̄genteū et his ducibus ad terram p̄missionis perueniamus. **I**ndo. Quarta mansio est phairotē que est contra hec cepheon: et interpretat os nobilitā: vt assumpta fortitudine nobilitem in dīo: contēnentes hec cepheon q̄ interpretat dīs aquilonis: et eius sup̄bā declinantes. **A**b hac mansione p̄fecti filii israel transierunt per mediū mare in desertū: videtur pharaonē cū exercitu pereuntem: mariā p̄cinnētē i tympanis. **I**ndo. Quinta est mara: ad quam puererunt transiō mari post tridū: et interpretatur amaritudo. Post p̄dicationē em̄ euangelij et tabernacula migrantiū: post fidem assumptā: post baptismi victoriā rursus venitur ad amaritudinē: et voluptas et luxuria vite amaritudine terminet: et p̄ crucis signū q̄si p̄ cruciatū itex suavitatis compensetur. **I**ndo. Sexta est mansio helim: vbi erat. xij. fontes aquarū. et lxx. palme in figura. xij. apostolox. et lxx. discipulox secundi ordinis: de quoꝝ fontibus doctrina potū baurim⁹: et dulces fructus victorie capimus. **H**i bñ helim in arietes fortes vertit. **I**pi em̄ sunt robusti principes gregis: duces ouū: doctores gentium. **I**sid. Septima mansio est itex ad mare rubrū iasur. Sed querit quō post transitū maris rubri et fontes mara: et helim: rurius ad mare rubrū venerint: nisi forte in itinere pergentibus quidā sinus maris occurrerit: iuxta quē castramētati sunt. **A**llud est enim transire maritū: in p̄ximo figere tabernacula: ex quib⁹ monemur etiā post euangelicā doctrinā: et cibos dulces triūphorum apparere nobis interdu mare: et p̄terita discrimina ponit aī oculos. **I**ndo. Octava est in solitudine sin: in qua tendit usq; ad montē sinai. **S**in autē rubus vel odiū interpretatur: q̄ cum venerimus in locum ecclesie: de quo nobis dīs locutus: grande odium meremur inimici. **I**ndo. Nona mansio est in defēcha: que de pulsatio: quasi pulsate et apicē vob. **D**at. 7.2 **G**ensus quoq; est manifestus: q̄ postq; venerimus in locis ecclesie: incipimus i sacramenta pulsare. **I**ndo. Decima in halus quod interpretatur fermentum: quod tollens mulier misceat farine satis tribus donec fermentaretur totum. **M**ūi murmurans populus accepit vesperē coturnices: et mane alterius diei māna tribuitur. **E**t bene in decima mansione māna tribuitur: quia post decalogi perfectionem angelozum panis manducatur. **A**ndecima mansio est in raphidū: que interpretatur dissolutorio fortū vel remissio manū. **I**n hac sitienti populo fons de petra oreb in similitudine christi erupit. **I**bi iesus in typo saluatoris contra amalch militat: et in signo crucis demonum aduersum nos temptamenta surgentia denunciantur. **I**lluc vēit ietro ad moysem dās ei p̄silū. lxx. ienioꝝ in typo ecclē ex gētib⁹ segregate q̄ legis immitiū euāgelio succēdere completur. **P**ulchre dissolutorio vel sanitas raphidū dī: v̄l. xp̄i dissipati amalch vel pp̄lē sanatū isrl. **C**etera i suis locis cōuenientē exponent. **I**Omniū